

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

IX. De iis quæ Liberio & Felici II. obiiciuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

calice Domini solum aquam esse offerendam. Qui est exploratus error contra Euangelium. sed haec impudentissima calumnia est. Solum enim hoc probant ex eo, quod Cyprianus lib.2.epist.3.ad Cornelium, multa disputat contra hunc errorem. At Cyprianus non dicit, hunc errorem esse illius, ad quem scribit; sed quorundam aliorum: Deinde, epistola illa non ad Cornelium, sed ad Cecilium quendam Africanum Episcopum scribitur, ut omnia exemplaria testantur. Sed Magdeburgenses tunc fortè largius biberant, & scintillantibus ac trementibus oculis unum legerunt pro alio. Adde, quod Alexander Papa Cornelij prædecessor decretum iam antè edidet, ne in calice Domini quidquam aliud, quam vinum aqua mistum offerretur.

Denique, si ex hac epistola alios reprehendunt, cur non se ipsos etiam reprehendunt Centuriatores? Siquidem Cyprianus in hac epistola saepius Eucharistiam vocat sacrificium; & nec solum aquam, nec solum vinum, sed vinum aqua temperatum, offerendum esse docet: Lutherani autem & Eucharistiam sacrificium esse obstinatissime negant, & in calice solum vinum sine aqua consecrandum putant.

**D**E C I M V S est MARCELLINVS, qui idolis sacrificauit, *ad. Marcellinus.* vt constat ex Pontificali Damasi, ex Concilio Sinuesso, & ex epistola Nicolai I. ad Michaëlem. At Marcellinus nec docuit aliquid contra fidem, nec fuit haereticus, vel infidelis, nisi actu externo ob metum mortis. Vtrum autem propter actum illum exterrit à pontificatu, an non, parum refert; quandoquidem se ipse pontificatu mox abdicauit, & paulò post martyrio coronatus est. Crediderim tamen, non excidisse eum ipso facto à pontificatu, quia satis constabat omnibus, eum solo metu idolis sacrificasse.

## CAPVT IX.

*De iis, quæ Liberio & Felici II. obiiciuntur.*

**N**DECIMVS Pontifex, qui erroris arguitur, est LIBERIVS. quāvis enim Magdeburgenses Centur.4.cap.10. col.1284. non audeant quidquam de Liberio definire. Tamen Tilmannus HESCHVS *lib.1.de Ecclesia, cap.9.* audacter affirmat, eum Ariana hæ-  
iii 5 resa

ref infectum fuisse. Et sanè testes habet suæ sententia genitísimos auctores; Athanasium in epistola ad solitaniam vim agentes; Hieronymum in Chronico & in Catalogo scriptorum, in Fortunatiano, & Damasum in vita Liberii.

**R E S P O N D E O**, de Liberio duo esse certa, vnum vendebium. **P R I M O**, certum est eum ab initio pontificatus non ad exilium, quod pro fide Catholica pertulit, acerrimum defensorem fuisse Catholicae religionis. Id ita esse testimoniantes scriptores, qui de illis temporibus loquuntur, ut ~~Ammianus~~ Marcellinus lib. 15. historiæ suæ, Athanasius in vnuce Apologia, Ruffinus lib. 10. hist. cap. 22. Sulpitius lib. 1. ~~in~~ historiæ, Socrates lib. 2. histor. Eccles. cap. 29. Sozomenus lib. 4. cap. 10. Theodoretus lib. 2. cap. 16. & 17. Nicophorus lib. 5. cap. 35. 36. & 37.

**S E C U N D O** certum est, Liberium post redditum ab exilio fuisse etiam verè orthodoxum & pium. Nam, vt scribitur, Crates lib. 4. cap. 11. postquam redierat ab exilio, Liberius luit recipere ad Ecclesiam Macedonianos, nisi aperte hæsin detestarentur. Præterea etiam post mortem semper habitus est habitus, vt planum est ex verbis Ambrosii lib. de virginibus, in principio, vbi sic ait: *Tempus est, inquit, soror, sancta beata memoria Liberij præcepta reuoluerit, se per hoc sanctior, eo sermo accedat gratior.* Item ex verbis Epiphanie hæres. 75. Eustathius, inquit, ad Liberium beatum Romam Episcopum & cum multis Episcopis legatum agebat. Basilius quoque epist. 74. ad Episcopos Occidentis: *Quodammodo, inquit, ei propositi sunt à beatisimo Liberio.*

Denique **S I R I C I U S**, qui tertius fuit à Liberio, in episcopatu Hymericum, Lyberium appellat venerandæ memorie predecessorum suum. Quomodo, queso, Patres isti Liberium in defunctum beatissimum vocarent, si in hæresi mortuus esset? Vnum ergo remanet dubium, an videlicet medio tempore, est, in ipso reditu ab exilio aliquid egerit contra fidem. Equidem Sulpitius, Socrates, Sozomenus, & Nicephorus, in suis notatis indicant, Liberium semper cundem fuisse, nevis quam de fidei constantia aliquid remisisse. Athanasius verò & Hieronymus locis citatis apertè dicunt, eum ad exilium inflexum tandem fuisse ad subscriptionem hæreticorum. Quibus addi potest **H I L A R I U S**, qui in libro aduersus Constanti-

stantium ita loquitur: *Vt si deinde usque ad Romanum bellum tuum, eripuisti illinc Episcopum, & ote miserum, qui nescio an virum maiore impietate relegaueris, quam remiseris.* RUFFINVS autem lib. 10. cap. 27. hist. affirmat, se non potuisse certò cognoscere, an Liberius subscrississet.

E quibus sententiis secunda verior nobis esse videtur. Nam Athanasius, Hilarius, & Hieronymus auctores sunt tum antiquiores, tum etiam grauiores ceteris, & rem non ut dubiam, sed ut certam & exploratam narrant. Præterea legi ipsæ epistolas Liberij manuscriptas ex Vaticana bibliotheca, quæ partim ad Imperatorem, partim ad Episcopos Orientales scriptæ erant; in quibus satis apertè significabat, se tandem Imperatoris voluntati acquiescere voluisse. Ad hæc, nisi fateamur, Liberium aliquo tempore defecisse à constantiâ in fide tuenda, cogimus Felicem II. qui Liberio viuente, Pontificatum gessit, a numero Pontificum excludere; cum tamen hunc ipsum Felicem, ut Papam & Martyrem, Ecclesia Catholica veneretur. Denique Sozomenus lib. 4. hist. cap. 14. & Nicephorus lib. 9. cap. 37. obscurius quidem, tamen subindicant, Liberium in Concilio Sirmiensi, conuenisse cum Valente & Ursacio Arianis; & ea pace facta sedem suam recepisse, adiutum etiam literis eiusdem Concilij. Sed quamvis hæc ita se habeant, non tamen Liberius authæresim docuit, aut hereticus fuit; sed solum peccauit actu extenso, quemadmodum S. Marcellinus, &, ni fallor, minus peccauit, quam sanctus Marcellinus.

Quod hereticus verè non fuerit, docet S. Athanasius loco citato; ubi dicit, Liberum inuitum & coactum vi tormentorum fecisse quod fecit: nec esse censendam eius sententiam, quam minæ & terrores extorserant; sed eam quam protulit, cum liberos haberet affectus. quod autem non docuerit hæresim, facile probari potest. Nam, ut colligitur ex Athanasij verbis, & ex epistolis ipsius Liberij, duo mala Liberius commisit: Vnum, quod subscrissit in damnationem Athanasij: Alterum, quod cum hereticis communicavit; in neutro autem fidem expressè violauit. Nam et si heretici persequabantur Athanasium caussa fidei, tamen non caussam fidei, sed crimina circa mores prætexebant: & Liberius consensit in damnationem Athanasij, propter crimina illi obiecta, non propter fidem.

PARI

P A R I ratione cum hæreticis communicauit, quia Catholicos se fingeabant. Nam in epistolis suis Liberius ait, se communicasse cum Episcopis Orientalibus; quia inuenit communidem congruere cum Catholica, & alienam esse ab anima perfidia.

P R A E T E R E A Sozomenus lib. 4. ca. 14. & Nicephorus cap. 37. dicunt, in ea pace, quam fecit Liberius cum Episcopis Arianis, nihil aliud postulatum fuisse à Liberio, quam prescriberet Sirmiensi Confessioni editæ contra Photinum, & Confessioni Antiochenæ editæ in Encenii. Quæ Confessiones etsi non habent vocabulum ὁμοστόγονον: tamen Catholicas sunt, & eas exponit Hilarius in lib. de Synodis, tanquam Catholicas. A C C E D I T, quod, ut referunt Sozomenus & Nicephorus locis notatis, Liberius non modò nō subscripti Confessioni Arianæ, sed etiam Confessionem edidit amissam Syrmio discederet; in qua aperte excommunicabat eos, qui Filium Patris similem in substantia, & in aliis rebus omnino esse negabant. Id quod ea de causa fecit, quia Arianos filiorum rem sparserant, Liberium docere cœpisse, Filium non esse Patri consubstantiale.

D I C E T aliquis; si ita est, quomodo ergo Hieronymus in Chronico, & in Catalogo scriptorum, in Fortunatianis, Liberium ad subscriptionem hæreseos inflexum videntur? R E S P O N D E O, Liberium etsi non expressè, tamen interpretatione in hæresim consensisse. Nam Athanatum damnatus permisit, quem sciebat causa fidei persequitionem pati: cum Valente & Ursacio communicauit; quos non ignorabat hæreticos esse, etiamsi illi aliud se esse simularent. Hoc igitur est, quod Hieronymus significare voluit.

D V O D E C I M V S, qui erroris in fide ab hæreticis accutur, est F E L I X II. quem Arianum fuisse contendit Tilmanus Heshusius lib. i. de Ecclesia, cap. 9. idque probat exemplum S. Hieronymi, qui in Catalogo scriptorum, in Arianis ait: *Acacius, inquit, quem, quia luscus erat, propositus Salonicus nuncupabant, Cesariensis Ecclesia in Palæstina Episcopus.* infra: *In tantum autem sub Constantio Imperatore clarus in Liberij locum Roma Felicem Arianum Episcopum comprenderet.* Sed respondemus, Felicem nunquam Arianum fuisse tam

sametsi cum Arianis aliquando communicauerit, eo videlicet tempore, quo verus Papa non erat; postea vero quam verus Papa esse coepit, non modo Arianum non fuisse, sed etiam Arianos publicè detestatum, & ob Arianorum persecutionem coronam martyrij à Domino percepisse.

Explicanda igitur est, quam breuissimè fieri poterit, historia pontificatus Liberij & Felicis, ex qua mirabilis Dei prouidentia in Apostolica sede conseruanda apparebit: LIBERIO in exilium ob fidem Catholicam deportato, Romanus Cleitus iurauit, nullum se alium, viuo Liberio, in Pontificem admissurum. Id testatur Hieronymus in Chronico, tametsi verba transposita sunt. Illa enim verba (*Quo in exilium truso, omnes Clerici iurauerunt, Ecce que ponuntur anno CCC. LI.* poni debent post illa verba: *Liberius Episcopus Romanorum, in exilium mittitur.* quæ ponuntur anno CCC. LXI.

Deinde opera Arianorum, ac præsertim Acacij Cæsariensis Episcopi, Felix Diaconus Romanus Episcopus creatur in locum Liberij, qui propter hoc beneficium liberè cum eis comunicabat, licet ipse Arianus non esset. Sic enim scribit Ruffinus lib. 10. hist. cap. 22. *In eius (Liberij) locum Felix Diaconus suis ab hereticis subrogatur, Et non tam secta diuerstante, quam communionis Ordinationis conuenientia maculatur.* Et THEODORETVS lib. 2. hist. cap. 17. *Successum, inquit, est Liberio à fidei quodam illius Diacono, nomine Felice, qui tamen fidem in Concilio Nicano expositam ipse seruavit integrum; tamen cum illis, qui eandem labefactare studebant libere communicauit. Ac propterea nemo ex Roma habitatoribus in Ecclesiam, dum ille intus erat, ingredi voluit.*

Idem quoque scribit Sozomenus lib. 4. hist. cap. 10. nec ab his dissentit Hieronymus in Catalogo scriptorum in Acacio; nam vox illa (*Arianum*) addita ad nomen Felicis, videtur irrepsisse aliunde. Siquidem codices antiqui manuscripti, illam non habent, vt notauit Marianus Victorius in hunc locum, nec translatio Sophronij in Græcum, illam habet. Et, quod ego maximè facio, ~~Reculphus~~ lib. 4. cap. 8. & ~~Ado Viennensis~~ in Chronico, referentes ad verbum totum hunc locum Hieronymi, non habent vocem, *Arianum.*

Denique, non estylo modo credibile, Hieronymum & Ruffinum in historia utriusque notissima tantoperè discrepare potuisse,

potuisse, vt vnuſ neget, quod alter affirmat. Sed quamdiu  
tiam Felix Arianus fuisse (quod haecenſus tamen probum  
non est) nihil id sedi Apostolicæ obesset. Conſtanſum, ei  
tempore Felicem schismaticum Papam, non verum & legi-  
mum Pontificem fuisse. Duo ſiquidem ſimul eſſe nō posſunt.  
Viuebat autem tunc, & verus Pontifex erat, Liberius. Quo-  
circa (vt ex Theodoreto ſuprā recitauiimus) nemo Catholi-  
cum Romæ cum Felice eo tempore communicare volebat.

Post biennium deinde ſuccedidit lapsus Liberij, de quo  
prà diximus; tunc verò Romanus Clerus abrogata Libero  
Pontificia dignitate, ad Felicem ſe contulit, quem Catholi-  
cum eſſe ſciebat. Et ex eo tempore cœpit Felix verus Pontifex  
eſſe. Tametsi enim Liberius hæreticus nou erat, tamen hab-  
batur, propter pacem cum Arianis factam, hæreticus, ker-  
nū p̄aſumptione merito potuit ei pontificatus abrogantio-  
nim homines tenentur, aut poſlunt corda ſcrutari, ſed ut  
externis operibus hæreticum eſſe vident, ſimplicitet hære-  
ticum iudicant, ac vt hæreticum dannant. Indicat hoc Hen-  
nymus in Chronico, cùm ait, permultos ex Romano Clero  
peieraffe, & ad Felicem accessiſſe. Dicuntur enim pericula,  
quia iuramentum non feruarunt, quod ſuſcepere de non  
recipiendo alio Pontifice.

Porrò, Felix iam verus Papa animaduertens periculum Ex-  
clesiæ & fidei, Deo ſine dubio inspirante, qui Ecclesiam ſuam  
non dererit, non ſolū recessit à communicatione Arian-  
orum, ſed etiam coacto Concilio declarauit Imperatorem  
Constantium, & Episcopos Uſatium, ac Valentem, cum  
bus Liberius pacem fecerat, verè eſſe hæreticos. Et proprie-  
tate Liberio in urbem, Felix cum ſuis ab Arianis detin-  
ta eſt, & non diu pōſt mortuus, ſiue capite cæſus, ſiue confeſ-  
ſumniſ fuerit. Id enim non certò conſtat.

Hæc verò ita ſe habere; id eſt, Felicem poſt lapsum liberi  
verum Pontificem fuisse, & pro Catholica fide mortuus, eſt  
his argumentis probatur. PRIMUS id apertè testatur Damo-  
ſus, vel quicunque eſt auctor Pontificalis, in vita Felicis idem  
ſignificare videtur. S. Hieronymus in Chronico, cùm ait  
Romanis Clericis: Post annum cum Felice electi ſunt, que  
Liberius radio ſectus exilijs, & in hæreticam prauitatem  
ſcribens, Romam quaſi viator intrauerat. Hæc enim ver-

*Pontificatus Pon-  
tificis abrogari  
i fore*

persecutionem significant contra Felicem motam, & ab iis  
motam, qui Arianis fauebant. Ex quo sequitur, ipsum Felici-  
cem pro fide Catholica passum esse persecutionem.

**S E C U N D O**, omnia Martyrologia antiqua, tam excusa, vt  
Bedæ, Adonis, Vsuardi, quām etiam manuscripta IV. Kalend.  
Augusti ponunt memoriam S. Felicis II. Papæ & Martyris,  
qui Constantium hæreticum declarauit. A D D E, quod S. Gre-  
gorius I. tam in antiphonario, quām in sacramentario ponit,  
integrum officium Ecclesiasticum legendum ad Misam in  
die S. Felicis Pontificis & Martyris IV. Kalend. Augusti: esse  
autem eum Felicem Romanum Pontificem, & proinde eum,  
de quo loquimur, testatur Micrologus lib. Eccles. obseruatio-  
num, cap. 43. cūm igitur Ecclesia Catholica à mille iam annis  
hunc Felicem colat, vt Papam & Martyrem, non debet is ex-  
cludi à numero Pontificum, etiamsi nullam aliam rationem  
proferre possemus.

**T E R T I O**, Felix Papa, S. Gregorij atavus, ab antiquissimis  
scriptoribus dicitur Felix Papa I V. vt à Ioanne Diacono, lib. I.  
de vita B. Gregorij, cap. I. & à Leone Hostiensi lib. I. Chronicci  
Cassiniensis, cap. I. At Quartus ille esse non potuit, nisi iste no-  
ster fuerit Secundus. non enim sunt nisi duo Felices, præter  
hunc nostrum, ante Felicem Quartum; igitur ante mille an-  
nos hic Felix in numero Pontificum habitus est. nec enim  
schismatici numerum faciunt.

**Q V A R T O**, cūm Romæ ambigeretur anno M.D.LXXXII.  
deberéntne hic S. Felix in nouo Martyrologio collocari, casu  
inuenta fuit arca marmorea in Basilica sanctorum Cosmæ &  
Damiani, cum hac inscriptione in marmore incisa antiquis  
characteribus: **H I C I A C E T C O R P V S S. F E L I C I S P A-  
P A E, E T M A R T Y R I S, Q V I C O N S T A N T I V M H A E-  
R E T I C V M D A M N A V I T.** Et incidit hæc inuentio in diem  
XXVIII. Iulij, hoc est, pridie eius diei, quo celebrari solebat  
memoria huius ipsius Felicis. quod non immeritò diuinitùs  
contigisse creditum est.

Iam verò mortuo S. Felice, Liberius iterum sibi concilia-  
uit Romanum Clerum, & Catholicum Præfulem se præstirit,  
vt suprà ostendimus ex Socrate in caussa Macedonianorum.  
Quocirca omnium consensu iterum legitimè sedere cœpit,  
ac sed sit usque ad mortem. Atque hæc est caussa, cur in Cata-  
logo

logo Pontificum aliqui veterum non posuerunt Felicem, ut  
Augustinus in epist. 165. & Optatus lib. 2. quia videlicet, tamen  
Felicitas tempus in pontificatu Liberij inclusum fuit.

**D E C I M V S T E R T I V S** est quidam Leo Papa, quem non  
nulli dicunt huic Felici II. successisse, & Arianum planche-  
se, ac eodem mortis genere obiisse, quo Arius perire; animo  
effusione omnium intestinorum, dum alium purgare. In-  
fert hoc Vincentius lib. 14. cap. 23. speculi historialis, & Cas-  
tulus Halberstiensis in Chronico. Magdeburgenses Cent.  
cap. 10. in vita Felicis II. non putant hoc improbabile.

At sine dubio iste Leo factus Pontifex fuit. Conferunt  
Leonem I. esse illum qui sedet tempore Concilij Chalcedo-  
nensis; hoc est, annis circiter centum post tempora Felicis II.  
deinde scriptores omnes veteres, ut Hieronymus, Augus-  
tinus, Optatus, Theodoreetus, Ruffinus, necnon recentiores, &  
Sigebertus, Martinus Polonus, Platina, & quotquot sunt  
cuius nominis, Liberio & Felice defunctis, Damnum habi-  
tuunt.

Forte orta est haec fabula ex opinione concepta de liber-  
hæresi, & persecutione in Catholicos, expulso Felicem quia  
enim Liberius expulso Felice, instar leonis saevire coepit in  
Catholicos, ut ipsi falsò existimant, fixerunt hominem enim  
quendam Leonem Pontificem Arianum sedisse postmodum II.  
Sed haec inter fabulas numeranda sunt.

## CAPVT X. *De Siricio, Innocentio, & aliis septem Ponti- cibus.*

**D E C I M V S Q U A R T V S** est SIRICIVS, quem lo-  
dannes Caluinus accusat lib. 4. Institut. cap. 14. &  
quod in epist. ad Hispanos, coniugium pollu-  
tum vocauerit. Sed Caluinus more suo impud-  
ter mentitur. Non enim Siricius coniugium verum, & legiti-  
mum pollutionem appellat, sed illicitam coniunctionem  
rum, qui post peractam publicam pœnitentiam, iterum redi-  
unt ad eandem coniunctionem, propter quam pœnitentia-  
regerant. Nemo autem pœnitentiam vñquam egit, quod in-  
tit legitimum Matrimonium.

Dec.